



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatio Synoptica De Ivdiciis Ad Lib: II. Decretal:
Gregorii IX.**

**Herberstein, Ferdinand von
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

Spirens., 1660

2.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11416

utiq; ex mandato domini. L. 1. §. usus. ff.
hoc tit. Uterq; ad unum, vel plura negotia
 coram, vel in absentia, per epistolam, aut
 per nuntium rectè constituitur. L. 1. §. 1.
cum §. seq. h. t. in eo tamen unus ab altero
 differēs, quod ad extrajudicialia dari pos-
 sit maior 17. annis: ad lites verò non nisi
 maior 25. annis, saltem de jure Canonico.
cap. qui generaliter. §. fin: *h. t. in* 6. tum pro-
 pter beneficium restitutionis quod ipsi
 minori competit, *L. Minor.* 25. ff. *h. t. tum*
quia, cùm non habeat legitimam perso-
nā standi in iudicio. L. 1. & 2. C. ver. qui
legit. personam. h. t. non censetur idoneus
ad alienas lites peragendas.

2. Dari possunt quicunque lege certa
 non prohibiti, modo consentiant. *Hofst:*
in sum: h. t. cap: 1. eod: in 6. *L. 2. ff. eod: Clem:*
1. eod: tit: imo filii familiās sine consensu
 patris modo 25. annum excesserint. Insu-
 per unus, duo, pluresvè ad litem institu-
 endam vel persequendam constitui pos-
 sunt. *cap: si duo in* 6. *h. t. ut tamen non seor-*
sim singuli, sed omnes simul agant: præ-
terquam si in solidum dati sint: quo casu
præventioni locus est, potiorq; conditio
occu-

occupantis negotium per litis contestationem. cap. si duo cit: Exceptis causis postulationum, provisionum, aliisq; spiritu alibus, in quibus quia celeriorem expeditiōnem exigunt, pluribus in solidum constitutis, potest Judex magis idoneum eligere, ne ob eorum concursum negotia intracentur. cit: cap. si duo.

3. Prohibentur verò præcipue dā Procuratores, in primis minor 25 annis antea dictum. Excommunicatus cap. h. t. quia juris fictione pro mortuo habetur. can. nemo Episcoporum 11. qu. 3. prater quam in causa propriæ defensionis. cap. intelleximus. dejud: Bannitus, quia omnia bona amisit: proindeq; civiliter mortuum censetur. Gail: l. 2. de pace public: cap. 12. p. totum. Captus ab hostibus, non Procuratorem, sed aetorem tantum constituit quia quamdiu est in potestate hostium sui juris non est. L. ab hostibus. ff. ex quibus causis majores. Syndicus Universitatis, tutor ante litem contestatam: quia ante eam non sunt litis domini. Fœmina: nisi in rem propriam illi actiones mandentur vel causa cognita eidem pro parentibus ægris.